

Elenchus Auctorum

etus, humanis & diuinis litteris clarissimus, morum grauitate, & vita praestantia admirabilis. Floruit ann. 1130. *Eius opera tribus Tomis digesta prodierunt ann. 1617. Moguntiae ex Officina Antonij Hierat, infol.*

Eius sermones editi habentur Tom. 1. Austr. ry Bibliothe. Patrum Parisiis 1610. infol.

L

S. **L**AVRENTIVS IVSTINIANVS Veneratus, Canonicus Regularis. Veneriarum Episcopus & Protopatriarcha. doctrinâ eximius, sanctitate conspicuus, & miraculorum gloriâ celebris. Claruit decimo quinto saeculo circa annum Domini 1440. Obiit anno 1455. *Eius opera impressa extant apud Arnaldum Quenelium, Coloniae. 1616. infol.*

* **S. LAVRENTIVS** Nouariensis Episcopus, si fuisse creditur qui postea fuit Mediolanensis Archiepiscopus viginus quintus ad annum 507. quique ob suavitatem eloquij Mellifluus est appellatus. Nonnulla scripta eleganti stylo, e quibus habemus homilia duas. Tom. 2 Biblioth. Patrum edit. 3. Parisiensis col 341. & seq.

S. **L**EO PONTIFEX MAXIMUS eius nominis primus, natione Thuscus, insigni sanctitate, doctrina singulari, & Divini eloquentiâ clarus saeculo quinto, ledit in Apostolica Sede ab anno 440. ad ann. 461. *Eius opera excusa sunt, una cum sanctis Maximo, & P. Chrysologo Parisis apud Hieronymum Drouard 1618. infol.*

* **L**EO IMPERATOR huius nominis sextus Basilij Imper. filius, patre mortuo Imperator creatus est anno 886. & 26. anno moderatissimus per tres menses inchoato obiit anno 911. Undecima mensis Iunij. Quantâ fuerit doctrinæ & pietatis testanturn pleraque scripta eius, quæ partim manuscripta seruantur, partim excussa prodiere. Tom. 3. Biblioth. PP. col. 1058. Et a Iacobo Cresero ex officina Adami Sartorij, Ingolstadij an. 1600. & 1603. Et nouissime ex tringinta tribus orationibus, decem Greco-Latinus collegit R. P. Combefis Ord. Pr. To. 1. Auctu. noui Biblioth. Patr. Greco-Lat. col. 1605. apud Antonium Bertier Parisiensis anno 1648.

* **L**EO NTIVS MONACHO factus Presbyter Constantinopolitanus, floruit sub Iustiniano Imper. aut certe sub Zeno; si diuersi sub diuersis non fuerint. Quedam eruditè scripta quæ impressa, non extant preter orationem Parisiensis editam anno 1648. apud Antonium Bertier in folio, in es-

I
NOCENTIVS Pontifex Maximus huius nominis tertius, natione Campanus, patria Anagnius, Lotharius antea dictus, scientia & pietate præfagens vixit saeculo decimo tertio circa ann. 1206. *Eius opera Temis duobus distingua, extant in Officina Choloniæ Colonie Agripine 1606. infol.*

* **I**OANNES Nepos Syluanus, primus Monachus montis Carmeli, postea Episcopus & Patriarcha Hierosolimitanus 44. huius nominis 2. & successor S. Cyrilli Hierosolimitani. Vndebat temporibus S. Anastasi 1. Pont. Max. cuius ad hunc Ioannem extat epistola vbi hæc scribit: laudum tuarum fulges nitorum conspicuus. Sub Theodosio Imper. Obiit anno 416. *Huius varia feruntur scripta quæ ipsi vendicat & à calumnia vindicat R. P. Petrus Vastellius Carmelita, & excudit duobus Tomis in folio Bruxelle Typis Joannis Mommarii anno 1643.*

S. **I**OANNES, de quo nihil certum reperitur, scriptis quasdam homilia in Biblioteca Floriacensi extantes Tom. 2. Lugduni apud Horatium Cardon 1605. in 8.

* **I**OANNES Taulerus Coloniate Agrippinæ natus. Ex Ordine Prædicatorum, insignis concionator. Vir in spiritualibus optimè exercitatus, & profundissimus Theologus, quem contra infidelistos defendit Ludouicus Bloufus Abbas Latiensis floruit Clem. 6 Pôt. Max. & Carolo 4. Imperat. Obiit Colonie anno 1350. Varia reliqui sui ingenii monumenta quorum plurima prodierunt Lugduni anno 1558. & Colonie apud Arnaldum Quenelium in 4. anno 1603.

B. **I**VO GALLUS, primus Ecclesiæ S. Quintini Bellouacensis & Ordinis Canonicon Regularium D. Augustini Prior, deinde Carnotensis Episcopus. Floruit tempore Urbani secundi; superuixit usque ad ann. Domini 1114.